

## Libri de consolatione

### Tractatus de Cōsola

tione theologie incipit feliciter

**S**ecūqz scri  
pra se ait magn<sup>9</sup>  
ille discipul<sup>9</sup> theo/  
logie Paulus ad  
nr̄am doctrinam  
scripta sunt ut p̄ patiētiā solati  
onem scripturaz spem habeam<sup>9</sup>  
Cōuenerūt aliqñ sup hoc verbo  
volucer cursor leuis explicans vi  
as suas. Et mōch<sup>9</sup> in religiōe de/  
gens Qui ut vidit q̄ volucer sibi  
notissim<sup>9</sup> ad se venit de longinq̄.  
multa q̄dē sup multis. h̄ mlt̄a pl<sup>9</sup>

## theologie

plurima sup aduena quodā ger/  
mano suo d̄q̄rere disposuit. Qui<sup>9</sup>  
inquisitionē et alteri<sup>9</sup> respōsiōnē.  
sequēs dialog<sup>9</sup> explicabit et hoc  
p̄ quatrīduū sub tetragono con/  
siderationū. Que licet ad iuicē cō/  
municent. erit tñ appropriati<sup>9</sup> pri/  
ma de consolatione theologie. p̄  
spem in contēplatiōe diuini iudi/  
cij. Secūda p̄ scripturā in reuela/  
tione regiminis mūdi. Terna per  
patiētiā i zeli moderatiōe. Quar/  
ta p̄ doctrinā in cōsciētie serenati/  
one. De<sup>9</sup> at̄ patiētie et solatiōis  
cōsolet nos in omni tribulatōe no/  
stra. et det sermonē rectū in ore du/  
orū Quoqz volucer sic incipit.

### Prīmū metrum primī libri. in quo defleunt miseria ciuulis dissensionis.

**E**pe peregrinas volucer trāmissus in oras  
Regrediens. patrie menia iam video  
Dulcis aue natalis humus. tu francia felix  
Inclita parisiis nobile palladiū  
Iheu quid id est? seuo bellonam cerno tumultu  
Sibili furere sanguine cūcta replet  
Spiritus in mediū missus vertiginis errat  
Obtrūcant gladijs mutuo se p̄p̄hs  
Carceribus trūdūt. alios aut flumine mergūt  
Membraqz torturis plurima dilantāt  
Pars queuis dici pietas vult publica curās  
Cōmoda. que patrie viscera rūpit/ouās  
Iusticie vultus/atroz mentit̄ erinis  
Rex iuuo te clamās regia scepra rapit  
Eruperāt scillā cathilinam crimine vincunt  
Iim pro virtute bellicus horroz habet  
Non pater a natis tutus. fratremqz perire

## prosa prima

liti

**I**ult frater. soceri mors venit a genero  
**C**lerū miliciā ciues sine lege reclusos  
**C**arcere plebs rabida sicut oues iugulat  
**N**ullus adest nostre respectus religionis  
**J**ura sepulture denegat impietas  
**Q**uisquis opes vel diuitias famatur habere  
**O**hicitur titulus prodicionis ei  
**E**ligit hic partem neutrā defendere partis  
**M**ox vtriusq; patet innocuus iugulo  
**N**ec satis est alijs vni se tradere parti  
**N**i se flagitij conscelerent paribus  
**Q**uid q; te patriam pulcrā violare vocatur  
**E**xtera gens! hostis te lacerando rapit  
**N**ulla fides pietasq; manet confundi omne  
**F**as q; nephas regnat horrida tefiphone  
**E**xremos nonne fuerat iocūdus indos  
**N**ut glaciale solū me penetrasse prius  
**A**duena tu felix alia te parte receptans  
**N**anq; patent oculis non mala tanta tuis  
**M**erū monachus hic degit sua claustra subibo  
**N**e de fratre suo fecero verba sibi

## Prima prosa primi

### Monachus

**E**t ne volucer quē video?  
**E**t certe is ē. **N**ic precor  
**O** volucer vnde venis? q̄  
nona fers? qualis ad me te modo  
sors attulit? **V**olucer **S**cito  
monache. qm̄ in constātiensi con-  
cilio generali cū germano tuo cō-  
uersatus vsq; finalem sūmi ponti-  
ficis egressum tandē diuerticula-  
querens exiui cū eodem. qui iuxta  
cognomē suū peregrin⁹ effici ma-  
luit in terra aliena q̄ ad suos huc  
regredi. **M**onachus **S**atis

est o volucer. si certum me facere  
potueris. quid agit dilect⁹ anime  
mee q̄d amor cordis mei. **N**onne  
doler velut exulem se fieri. in igno-  
ta ⁊ lōginqua regiōe. vbi linguā  
quā nō nouerat audit? **N**ōne sub/  
tristis est se poni sub modio uel in  
obscuris sicut mortuos seculi. qui  
lucere sup candelabrū fuerat insti-  
tut⁹? **V**olucer **N**ihil prozsus  
o monache. temporū tempestate  
pensata proq; diuturna animi p̄-  
paratiōe qua sibi p̄uiderat. oia q̄  
occurrissent equanimi⁹ tolerāda  
**G**audet poti⁹ i dño. magnificās  
eū. ⁊ exultat sp̄s eius in deo sa-  
lutari suo. deputās se adiutū me/  
a a

## Libri de consolatione

ritis et precibus aliorum. Itaque de se securus. et in se domino miserante tranquillus. deflet miseriam patrie patrie. indignissimamque sortem. Cuius tamen calamitatis media pars non est sibi nunciata. quam oculis propriis horrens intueor. Quinetiam super conculatione veritatis et iusticie plorans igemiscit. Miserabile denique civitatis celeberrime desolationem tanquam hieremias ruinas babiloniam lamentatur. **Monachus** Quare ratione fieri potest o volucer. quod exul. a patria a parentibus a propinquis a notis et amicis non angustietur in corde non in animo conturbetur? **Volucer** Monache nihil difficile est volenti. Meministi puto ut advena noster semper in medijs etiam turbis et urbibus solitudinem sibi quaesivit et dilexit. Solitudinem loquor que est a curis forinsecis et hominum calumnijs vacatio. probas illud sapientis. quod minoratur actu percipiet sapientiam. **Monachus** Scio volucer et expertus testor. **Volucer** Ecce autem nunc elongatus fugiens et mansit in solitudine expectans eum qui salutem se fecit a pusillanimitate spiritus et tempestate. quasi vidit iniquitatem et contradictionem in civitate. Evolavit sicut passer erepta de laqueo venantium. Undique nimirum sibi parabantur insidiarum tendicule. Enatauit ut potuit a naufragio reipublice. superstolans si forte postmodum sit spes. **Nihil** tandem se videns aduersus

## theologie

currentem furoris impetum nitendo proficere desiliit aliosum a curru publici regiminis cedens raptui preualentis nequicie et malicie quam ad presens non vincit sapientia. **Monachus** Vincet tandem aliquando crede mihi volucer. Magna quippe et fortis est veritas et super omnia vincit ac prevalet. **Volucer** Veritas o monache quam vincit nescio. hoc unum propriis oculis inspicio iuxta vocem ysaię quod conuersum est retrosum iudicium et iusticia longe stetit. quia corruit in platea veritas et equitas non potuit ingredi. quam facta est veritas in oblivione et qui recessit a malo prede patuit. Quo contra videre est falsitatem non qualicumque sed hereticam prauitatem in via mandatorum dei que perambulatur vicis et plateas erecta ceruice insultans catholice veritati cum defensoribus suis. proterit eos pedibus sordidissimis. Ac de ipsis tanquam domina victoriosa triumphare gloriatur. **Monachus** Proch dei atque hominum fidem dic oro volucer unde talis eversio. Nonne sancta generalis synodus que pro veritatis tuitione principaliter instituta fuerat se cultricem huiusmodi veritatis exhibuit atque protectionem. Neque hanc interim querelam omissam volo quoniam cupit animus ex te cognoscere quibus exercitijs se refouet frater quem torpere nequaquam putauerim inertis ocio. quibus insuper armis spiritualibus aduersus iniquos for-

## Metrum

tune seulentis impetus congregari  
solitus est ne tristitia seculi q̄ mor-  
tem operatur ipsū vel deficiat vel  
absorbeat. **V**oluer **D**e ve-  
ra et solida pegrini consolatione te/  
cum sermonē habiturus significo  
in primis q̄ eam accipit doctrine  
theologia que comitem se dedit  
pegrinationi sue. **A**b infantia enī  
sacras litteras nouit neq̄ furor  
hostilis neq̄ terroz peruertere po-  
tuit quin prosequeretur iter suum  
de qua sapiens. **A**tingit ergo asc-  
a sine vsq̄ ad finē fortiter et dis-  
ponit omnia suauiter. **H**anc ama-  
ni et exquisiui eam a iuuetute mea  
et quesui sponsam mihi eam assu-  
mere et amator factus sum forme  
illius. **S**equit̄ consolatio intrās  
in domū meam conuiescam cum  
illa. **N**ō enī habet amaritudinē  
conuersatio illius. **N**ec tediū con-  
nūctus illius sed leticiam et gau-  
dium. **I**n cuius preconiū ita libet  
metro pangere.

**Secundum metrum pri-  
mi i quo ponitur laus  
theologie in hoc q̄ est**

**E**fficax cōsolari  
theologus pulcra sophia  
Qui vult a puero se dare spōsam  
Que castū tenero stringit amore  
Suis se vocitans iure sororem  
Casus se sociam prebet in omnia

## Scdm

v.

**A**c vite releuat tedia meste  
**S**olatur resonans cantica syon  
**S**ecuroq̄ regit limite gressus  
**S**pes et vera fides concomitant  
**E**t diuinus amor q̄oraq̄ virtus  
**P**rudens sobriaq̄ fortis et equa  
**D**onorūq̄ cohortis iuncta beatis  
**A**d te si tribulās fors ruit vlla  
**P**uris increpitās torua flagellis  
**P**erstes impauido suscipe vultu  
**N**am sic viuatur est pax in amaro  
**N**am si flāmigeris intonat ether  
**F**ractus fulminib⁹. totus et orbis  
**I**n se dissiliat. si caro cedit  
**M**ens esto stabilis sede retēta  
**N**ec tu quesieris herculis arma  
**N**ec gaudēs validois virib⁹ art⁹  
**P**lus horrenda satis q̄ superat  
**H**ac iutrice potes p̄dere mōstra  
**I**nfandas herebi carmie pestes  
**V**icit q̄n lyzā temperat orpheus  
**M**ollescūt lapides flumina sidūt  
**S**ed se nō supat victus amore  
**A**t dō cithara dum modulāt  
**P**astor postea rex carmis odas  
**Q**uas aptat frenesis ocyus exit  
**N**equam spiritus a rege saule  
**E**rgo nemo satis theologie  
**L**audes extulerit tanta patrātis  
**Q**ua cure fugiūt. mens hilarescit  
**Q**ue virtute sua mōstra trucidat  
**T**ui⁹ vi rapitur aduena degens  
**T**erris ad nitidū scandere celum  
**E**xcella residēs cernit ab arce  
**F**ortunā merito rectus vtrancq̄

**Scda prosa primi**

## Libri de consolatione

### Monachus

**H**ic quidem laudaueris theologia volucer. Sed in consolatione recipienda contra fortuitos casus contra vanam mundi felicitatem. Cur non suffecerit celebris ille dialogus philosophiae cum Boetio. qui prozus eleganti stilo breuis et splendoro compositus est. sententias grauissimas atque verissimas in se tenens? **V**olucer **N**oli mirari monache si theologia philosophiae praeficitur quoniam sicut naturam gratia. sicut ancillam deum. et disciplinam magistris. sicut tempus eternitas. sicut ratiocinationem intelligentia. sicut visibilia ea quae non videntur. Sic theologia philosophia erupat quam non abicit sed in obsequium sumit. Est autem lex diuinitatis et ordo. ut supra inferiorum iungatur ad superiorum infima more concatenationis veluti plato loquebatur quae in corporibus argentea in spiritualibus aurea vocabatur. Et plane hanc in scala iacob graduum figuracionem accipimus. Propterea sub compendio praecedentes inducemus theologia inchoantem verbum ab illo supremo quae philosophia consolationem suam apud boetium terminauit. Ita enim recto breuiatoque ordine praecedet theologia sursum machinam suae deductionis erigens si philosophiae sibi fundamenta substrauerit. Quale deo sit illud quod postremum philosophiae posuerit puto meministi. Magna enim vobis est inquit

## theologie

si dissimulare non vultis necessitas indicta praebitatis cum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis. **M**onachus **M**emini volucer et quali principio exordiens quae praeterea medio progrediens huc usque praecessit retineo. nimirum quod studio libri illi ab adolescentia vehementer incubuerim. **V**olucer **C**ongratulor eruditioni tuae. Siquidem ab hac sententia quae philosophia definit. theologia sua cum peregrino consolationem inuiciat quae sententia formaliter in augustini soliloquio posita est. Et certe paulus dum ad hebraeos scriberet collaudaturus virtutem fidei proposuit symbolum nature quod hominibus pro tempore necessarium fuit. Credere enim oportet accedere ad deum quod est et in quibus se remunerator sit. **N**e deo ipse qualis iudex existeret. quale insuper remunerationem daret quibus se non potuit philosophia neque discipuli sui ductu rationis iuenire. deficiebat enim volentibus ad altiora conscendere scala creaturarum. per quam sempiterna dei virtus atque diuinitas licet possit attingi. non tamen usquequaque. ut cognoscerent quales quantas ve penas reprobus deum continetibus quae propterea prima se in quibus iustus iudex tribueret. Quod facere si vel philosophi vel poete tetauerunt euauerunt in cogitationibus suis. et vix aliud quam errores fabulosos sibi que dissidentes fingere potuerunt. **R**etate demum mandatorum dei via nesci

erūt qua pergitur ad vitā q̄ ē sta/  
tus oīuz bonorū aggregatiōe p/  
fectus. qualem hic assequi neminē  
posse p̄bia demōstrat experimētalī  
ratione. Sed vel virtutes vel act̄  
formales quib⁹ attingat̄ iste sta/  
tus obiectiue quidē. In deo ituit/  
ue cognito p̄bia tradere non va/  
luit. Miserat⁹ aut̄ desup hūanos  
errores deus eas veritates neces/  
sarias et salubres ad q̄s euehere  
non poterat p̄bia nec tentare de/  
buerat. theologia supnaturaliter  
infusa sicut et hūanus supnatura/  
lis est finis reuelauit et addidit.  
Inter q̄s nō irrationabilē theo/  
logia sup istā q̄ deus inquirētib⁹  
se remunerator sit. quia videlicet  
iustus iudex est cuncta cernens.  
collocat et adijcit modū iudicij a  
x̄po traditi. **I**būt hi nō dubiū q̄  
mali in suppliciu eternū. **I**usti aut̄  
in vitā eternā. neq̄z enī est alia ve/  
ritas efficacius generatiua timo/  
ris dñi q̄z ista claudēs in se hor/  
rendissimū illud dānationis toni/  
truū. **N**e maledicti in ignē eternū  
Nūq̄ nō horredū valde p̄fici a  
facie dei s̄mī boni? **S**z ad horro/  
ris cumulū inexcogitabilē. addit̄  
maledictio trudens in ignem non  
qualēcūq̄ s̄ eternū. **E**t hoc cum  
diabolo et angelis ei⁹. vbi ascen/  
det fumus tormentorū in stagno  
ignis ardentis et sulphuris vsq̄z  
in sc̄la sc̄loz. vbi vermīs eoz nō  
morieſt et ignis eoz nō extinguet̄.  
**E**t erūt vsq̄z ad facietatē visionis

oi carni. **N**o hūc auditū si fides  
admixta ē timorē dñi q̄s nō sibi  
suscepit? **E**st aut̄ timor dñi incitū  
sapiētie. et ab ipso excipim⁹ spiritū  
salutis. **E**t p̄ cum declinat ois a  
malo. illūianē corda et i oblecta/  
tiōe venit misericordia. **M**ona/  
chus **Q**ua ratiōe fieri potest o  
volucer q̄ p̄ timorē et talē timorē  
veniat queuis oblectatio? **T**imor  
enī penā habet quē p̄fēda chari/  
tas foras mittit. **Q**ualis ampli⁹  
esse cōsolatio pōt habēti p̄ oculis  
assidue stagnū ignis ardentis et  
sulphuris i quod nē corruat for/  
midare habet momēto quohbet.  
**N**ec vnq̄z dū viuit ab hoc pauo/  
re securus est. **N**escit enī homo si/  
nem suum neq̄z si amore vel odio  
dignus sit. **V**olucer **R**ecte  
cēseres monache. si theologia si/  
velis nequaq̄z ad vltiora per ti/  
morē istū pucheret si nō ad spem  
que non cōfundit effugere cōpel/  
leret. **S**i nō deniq̄z ad deū totius  
cōsolatiōis per dilectionē ample/  
ctēdū sibiq̄z coherēdū velut i locū  
refugij mirabilē iduceret **M**ona/  
chus **V**ellē audire q̄ pacto fie/  
ri habet hec iudicio vere mirabi/  
lis de timore in spem et amorem.  
neq̄z enī eadē sede cordis simul  
habitare posse videntur timor et  
spes. licet legā p̄phete iussionē re/  
gib⁹ terre vt seruiāt dño i timore  
et exultēt cū tremore. **E**t p̄ sapiētē  
**Q**ui timetis dñm spate in illū. et  
sc̄ez p̄pha **B**ñplacitū ē dño sup tī

## **L**ibri primi de

mentes eum et in eis qui sperant  
super misericordia eius. et alibi si  
ne numero spes timori coniungit  
**V**olucer. **A**ttenedus est o  
monache solerter ordo iudicioz  
supremi iudicis dei. qualem pbia  
non attingit. **I**nde theologia ve  
lut humano more loquens tripli  
cem deo curiam triplicemq; thzo  
nu deputat. **R**esidet in pma curia  
et throno indulgens gratia. **R**esi  
det in altera curia et throno corri  
gens misericordia. **R**esidet in ter  
tia curia et throno damnans iusti  
cia. de qua per aplm **H**orrenduz  
est incidere in manus dei vinetis.  
**T**radiderat homines oes in hac  
mortis damnationez pvaricatoz  
adam. nec erat qui de manu hac  
iudicantis dei posset eruere si no  
supra nature vires et merita con  
stituisset nobis iustus iudex deus  
per sacramentum reconciliatois  
vnigeniti filij sui dei curiaz primam  
et alteram. in quibus gratiam et mi  
sericordiaz iudices collocauit. in  
thronizans quando factus e no  
bis a deo sapientia et iusticia san  
ctificatio et redemptio **Q**uando  
preterea datum est hominibus da  
mnatis in curia iusticie eam quasi  
grauaminis illatrice posse decli  
nare appellando ad superiores cu  
rias gratie et misericordie quoni  
am superexaltat misericordia iudi  
cium. fitq; vt vbi abundauit delictu  
superabundat et gratia quod phi  
losophia non cognouit. **M**ona

## cōsolatione theologie

chus. **I**ncipio volucer grauo  
ribus q; antea scrupulis vgeri vt  
omittam qones interim multipli  
ces ex tuis habentes dictis ortu.  
De fide philosophoz et aliozum  
quo pacto saluati sint aliqui sb na  
ture sola lege. **T**radit itaq; philo  
sophia vix perscrutabilem diuine  
prouidentie viuacitatem prefertiz  
dum ad eam confertur humani li  
bertas arbitrij cum certa precog  
nitione futurorum **S**ed ecce sup/  
addit theologia difficultatem in  
immensum minus inuestigabilem  
neq; comprehensibilez dum quos  
dam ex hominib; recipit iudica  
dos in curia gratie vel misericor  
die et eterne beatitudinis partici  
pes facit. **A**lios vero multo plu  
res damnat in eternuz sua iusticie  
seueritas dicente eo **M**ulti vocati  
pauci vero electi. **M**irum autez si/  
quis in hac recogitatione consti  
tutus non perturbet et totus hor  
roze tabescat qualiter abscondita  
non est consolatio ab oculis suis  
iuxta scripture vbum dum ita de  
us inter fratres diuidit. **V**olu  
cer **F**atendum est in primis **M**o  
nache q; hec consideratio iudicio  
rum dei qui terribilis est in consi  
lis sup filios hoim si cu superba  
curiositate recenset precipitat in il  
la sapientis damnatione **Q**ui scru  
tator est maiestatis opprimetur a  
gloria. exterminat oem bone o  
latonis virtute. deniq; in reprobis  
de deo desperationem et in odio/

las rabidas et ifanas blasphemias  
 demergit et absorbet. hoc in viato  
 ribus aliqb' hoc in dānatis oib'  
 opatur. At vero cōsideratio talis  
 si cū debita hūilitate et reuerētia si  
 del' et pñ cordis assumat. Si cū ca  
 ptiuatōne ois intellectus in obse  
 quiū fidei reuoluat. nullam existi  
 mat pegrinus noster potiorē vel  
 efficaciorē ad cōsecutionē legiti  
 me cōsolatōnis viam dinitus elar  
 giri. **Donne** senserat hoc ppheta  
 dū suspirans ait. **Memor** fui iudi  
 ciorū tuorū a seculo dñe et cōsolat'  
 sum. Quā cōsolatōnē nescio si ve  
 hemētius exp̄ssit alio loco is q̄ di  
 xit. **Et exultauerunt** id est extra se  
 salierūt filie inde ppter iudicia tua  
 dñe. **Monach'** **O**bseruandū ne  
 est obsecro volucer ne min' sobria  
 fortassis et insolens sit huius do  
 ctrine traditio. qm̄ stultozū infini  
 tus est numerus carnaliuz et arro  
 gantiū q̄ nō capiunt q̄ dei sūt. Et  
 si non dixeris ea q̄ versantē in cor  
 de suo et q̄ suo ingenio penetrare  
 se glari possint. **Volucer** **C**or  
 rigit et repellit tuā hanc hesitatio  
 nez conscius arcanorū diuinorū  
 apostolus. q̄ satagens contentōz  
 gentiliū romanoꝝ et iudeozum q̄  
 susceperant fidem cōpescere collo  
 canit totius disputationis sue ve  
 lut centrū et cardinē supremū con  
 sideratōnē diuine p̄destinatōnis  
 et p̄scientie ab illo loco. **Scimus**  
 aut qm̄ diligentib' deum omnia  
 cooperatur in bonum his q̄ fm̄

ppositum vocati sunt sancti. **Quia**  
 quos p̄sciuit et p̄destinavit etc.  
**Et** q̄ dū exclamat. **O** altitudo di  
 uitiarū sapientie et scientie dei q̄  
 incōprehensibilia sūt iudicia eius  
 et inuestigabiles vie ei'. **Quis** eni  
 cognouit sensū domini **Aut** quis  
 cōsiliarius eius fuit. **Aut** quis p̄or  
 deuit ei et retribuetur illi. **Illic** in  
 serit q̄ non volentis neq̄ curren  
 tis sed miserantis dei est. et cuius  
 vult miseret. et quē vult indurat.  
**Et** q̄ non ex operibus sed ex vo  
 cante dictū est. **Jacob** dilexi esau  
 aut odio habui. **Ap̄tus** igitur do  
 ctor gentium in fide et veritate in  
 ter quas erant insipientes multe  
 carnales et supbe. si p̄missaz eis  
 cōsideratōnē pro sua edificatōne  
 non timuit exponere. quaten' eas  
 et iudeos mutuo reduceret ad le  
 gitimā pacis et caritatis formā.  
**Quo** pacto verendū erit in x̄pi  
 anos p̄sertim eos q̄ de sua salute  
 solliciti sunt cōsideratōne ista uti  
 que apud eum talem de sua sala  
 te cōsolatōnem suozū q̄ similitum  
 operata est ut assereret. **Tertus**  
 sum enim q̄ neq̄ mors neq̄ vita  
 neq̄ angeli. neq̄ p̄ncipat'. neq̄  
 virtutes neq̄ instantia neq̄ futu  
 ra neq̄ fortitudo neq̄ altitudo  
 neq̄ profundum neq̄ creatura al  
 lia poterit nos separare a carita  
 te dei que est in x̄po iesu domino  
 n̄ro. **Poterat** aut certitudo tal' ac  
 cipi de certitudie reuelatōis diue  
 si paul' de se solo loq̄ret. **Sz** dum



## Libri primi de

enumeravit alios electos dei conuenienti<sup>9</sup> intelligit hoc esse dictuz de certitudine spei. que tranquillitas quantum sit operatiua satis admodū ppheta regius exposuit qui dū gloriabūdus in dño dixisset In pace in id ipsum dormiam & requiescā. Subintulit pro causa spem/dicens Quoniam tu dñe singularit̄ in spe constituisti me. **M**onachus **S**cire velim o volucer quo studio vel industria deuenit aduena noster vt i hac pace in id ipsū frueret? **V**olucer **A**ccipito verba mea sobrie. neq; enim dicere p̄sumo nisi quod aspiratq; aspirare suadet ad illā pacem in id ipsum cū ppheta dicente Concupiuit aia mea desiderare iustificationes tuas in omni tpe si forte aliquā desiderii sui similitū paupe r̄ exaudiat dñs. et preparatio nez cordis eoz audiat auris sua **S**cit enim qm̄ nemo repete sit sūmus. scit qm̄ munus hoc gr̄e magis ē q̄ industrie. **N**ihilomin<sup>9</sup> doctorū deuotorū scripta relegens theologia ductrice suis vti conat̄ industrijs ne sibi met deesse putet. deumq; tentare videat **E**ntit̄ experimento cognoscere que sit illa pacis consolatio qua sobrie debz̄at<sup>9</sup> exclamat psalmista Quā magna multitudo dulcedinis tue domine quā abscondisti timentib<sup>9</sup> te. **S**ignanter ait abscondisti quia nec ab habente tradi. nec ab eo q̄ non habz̄ capi potest. **E**st quippe

## cōsolatrone theologie

nomen nouuz in calculo randoo scriptum quod nemo scit nisi qui accipit

### **T**ertium meq; i. libri

glyconicū tozambicū. et p̄porti onat̄ .vi. p̄mi de osolone philoso phie **S**um p̄hebi radijs

**A**gnū crede nimis bonū **I**ntus quo valeas frui **E**xtra nō liceat loqui.

**T**erte nescit homo vetus  
**H**oc est manna reconditū  
**S**ensus qd̄ capit intimus  
**Q**ueris qualis ei sapor?  
**A**urem verbaq; quid paras?  
**G**usta post videas licet  
**I**ntro quid sapiat nouus  
**D**egens frater agro senex  
**Q**uerit gaudia que domi  
**F**rater iunior accipit  
**E**cus mel ionathas p̄sus  
**G**ustat protinus hinc videt  
**M**el nobis sapidū deus  
**Q**uo fastidia tollere  
**M**undi noxia fas tibi

### **T**ertia prosa primi

#### **M**onachus

**O** miseris interim volucer  
verbu<sup>z</sup> sup̄ istis affectus  
deuoti sentimentis in qui  
bus stat sapiētia que in mysterio  
abscondita est. **H**ec est theologia  
mystica de qua tractatus fratris  
apud me seruo q̄sdā latino quos/  
dam vulgari scriptos stilo. **E**o

**Prosa**      **iii**

sup his altera fortassis die sermo fit  
 et **P**erge ho pseq de spe rñdēs ad  
 pauculas interrogatōnes meas qui  
 secretoꝝ aduene nostri cōsciūs es.  
**R**ecogitat ne supremū iudicē deum  
 homines ex massa peccatrice. prede  
 destinasse quidē hos ab eterno sem  
 piterne beatitudinis fore pticipes.  
 alios v̄eō p̄scitos et reprobatoꝝ  
 ad suppliciū perpetuū. **V**olucer  
**R**ecogitat monache et id sane  
 frequēter **M**onachus **A**ccu  
 sat ne diuersum hmōi iudicium dei  
 tanq̄z p̄terea sit in eo seua quedā  
 crudelitas indigna bonitate sua sū  
 ma. **V**olucer. **A**bsit monache  
 talis aduersus deū blasphemā. ne  
 q̄z em̄ p̄sonā accepisse neq̄z iniuriā  
 fecisse dici potest qui nulli debitor  
 est. **Q**uod notauit ap̄lus dicēs. **Q**  
 homo tu q̄s es qui respondeas do  
 nunq̄o dicit figmentū et qui se fin  
 xit quid me fecisti sic. **A**n nō h̄z po  
 testatē figulus lutū ex eadem massa  
 facere. aliud quidē vas in honorē.  
 aliud vero in otumeliā. **T**alis ap̄d  
 hōies similitudo plurima repitur.  
 nedū sup rebus vita carentib⁹. sed  
 animatis quib⁹ vtunt̄ pro arbitrio  
 suo alijs ad mortē. alijs ad cōserua  
 tionē. nec arbitrantur se vel iniurie  
 v̄l crudelitati obnoxios esse. **Q**uid  
 si vult de⁹ in magna domo sua ma  
 nifestare diuitias glorie sue. istis in  
 ostensionē misericordie. alijs in ma  
 nifestationē sue iustitie gloriificans  
 illos ex misericordia istos ex iusti  
 tia derelinquens quatinus resulter.

**vlij**

carmen illud pulcerrimū. **E**t graui  
 tenore iustitie et molli cantu miseri  
 cordie de quali p̄fitef̄ p̄ h̄a. **M**ise  
 ricordia et iudiciū cātabo tibi dñe  
**Q**uod si pauciores s̄t q̄ saluant̄ manife  
 stior ē in hoc gr̄a dei quēadmoduz  
 inter surdos et claudos. mutos et  
 mortuos pauciores sunt qui mira  
 culo curant̄ q̄z qui p̄prie conditioni  
 relinquūtur. verū dū ad singularia  
 fit descensus et inquisitio. cur videli  
 cet petrū vel paulū de⁹ elegerit ad  
 salutē. **J**udam vero et diuitē epulo  
 nē dereliquerit. oportz vt humana  
 garrulitas apponat digitū ori suo.  
 hoc vnū p̄fitens q̄ iustus est dñs  
 in om̄ibus v̄ijs suis. **I**taq̄z sicut nul  
 la pōt assignari ratio cur inter tot  
 res possibles fieri ista nō illa facta  
 est nisi beneplacitū dei. **I**ta de recre  
 atione seu regeneratione ad vitam  
 spiritualez multo magis dici debet  
 neq̄z cōfugiendū est ad illoꝝ merita  
 vel opera quos ab eterno predesti  
 nat de⁹. qz si ex opib⁹ iā nō ex gr̄a.  
**S**ed neq̄z p̄iozem eterna dei volū  
 tas causam h̄z qui fecit omnia pro  
 pter semet ipsuz. impiū quoq̄z in di  
 em vindicte. **N**ihilomin⁹ fatendum  
 est q̄ nemo sine culpa damnabit̄. si  
 cut absq̄z gratia saluabitur nullus.  
**M**onachus **P**ergo volucer in  
 quirere cōsequenter si hanc aliqui pe  
 regrinus noster cōsiderationē super  
 se et ad se reflectit. **M**editans ne for  
 te sit ex numero reproboꝝ. neq̄z eni  
 gloriari p̄t se peccatoꝝ nō h̄re neq̄z  
 de alia massa esse q̄z ceteros. **M**o

## Libri primi de

lucer **D**icā illud monache quod  
sentio meditatur aliquā secū cōque/  
rens. quid si iusto dei iudicio dānā  
us es. **S**i reperit indispositū cor  
suū ad humilē hui⁹ considerationis  
susceptionem derelinquit eaz et ad  
alia se ouertit. quēadmodū fieri cō/  
filiū est in temptationib⁹ vel interro/  
gationib⁹ carnaliū peccōz vel expi/  
entijs eaz rez que sunt difficillime  
electionis. vt si querat aliquis a se/  
met ipō. Malles membratim lania/  
tus mori q̄z illecebrose voluptati  
mulieris pulcerrime cōsentire **S**i ve/  
ro percipit affectum suū deo ppicio  
tranquillū humilē et suauē sicut im/  
precatur ap̄tus. **D**eus aut̄ spei rei/  
pleat vos omni gaudio et pace in/  
credendo vt abundetis in spez vir/  
tute sp̄s sancti. sistit pedetētim tñ et  
caute in hac recogitatione si forte  
damnand⁹ est. **C**ui⁹ apprehensionī  
nequaq̄z remurmurat h̄m presentez  
affectū et sensum de diuina iustitia.  
**S**ed humiliat⁹ dicit. **I**ustus es do/  
mine et rectū iudiciū tuū. nō q̄ da/  
mnationem eligat. absit. qz nec de⁹  
hoc vult ip̄m velle sicut nec peccare  
nec desperare dū viator est. **D**icit  
potius cū **J**ob. etiā si me occiderit  
tñ in ipō sperabo ⁊ ouersus ad do/  
minū cū pio et humili affectu **S**cio  
inquit equissime iudex qm̄ damna/  
ti in inferno te odiunt. te iniustū. te  
inuidū. te crudelissimū iudicant. te  
blasphemant. te sanctis qz omnib⁹  
ore rabido maledicūt. **S**cio q̄ illic  
cōstitut⁹ heu me miserū sic agerē. **A**t

## cōsolatione theologie

uero dū interim affectib⁹ tam effe/  
ris et blasphemis careo. amo te q̄  
totus es amabilis. te iustissimuz te  
amantissimū. te clementissimū d̄ju/  
dico. te collaudo. tibi sanctisqz omi/  
bus tuis ore pio benedico. quicq̄d  
postremo de me futuruz ordinauerit  
voluntas tua corde credo et ore p/  
fiteor qm̄ nulla est iniquitas apud  
te qui sanctus es in omnib⁹ opib⁹  
tuis. **M**onachus. **P**lacet volu/  
ter distind⁹ iste modus habendi se  
circa recogitationē diuine predesti/  
nationis seu prescientie. naz sicut in  
p̄mo curiositas temeraria sic in se/  
cundo meritoria valde humilitas  
exerceat **V**idere simile est in aspectu  
vel recogitatione fornose mulieris  
vbi periclitaret̄ incōtinens. cōtinēs  
vero fortiter habituatur̄ vteretur ad  
virtutem. **V**ideo q̄ amor hic gra/  
tuitus est nō mercenari⁹ non recur/  
uus. hec affectio filialis vel fidelis  
sponse. quē amorē qz donū suū est  
nō acceptare nō pōt. qz diligentes  
se diligit. **B**eat⁹ qui ascensionē in  
corde suo disponēs ad hūc gradū  
pene sup̄mū puenit. **S**entio dein/  
ceps magis ac magis quo medio  
pōt hec cōsideratio pacem quandā  
et consolationē operari **I**ta tñ si sit  
apud homines qui peccata iaz nō  
iterant. nam iteratio peccatoz qd  
aliud pretendit qz reprobationē ⁊  
interitū. **A**tento q̄ spes nō ex meri/  
tis pueniens presumptio est. non  
spes estimāda. **V**olucer **S**cio  
o monache qm̄ nemo est qui viuūt

et nō peccet qñ et septies in die ca-  
dit iustus. Et beatus dicitur a psal-  
mista nō qui non fecit. sed cui nō im-  
putauit dñs peccatū. Mirū fortasse  
videbit qđ dicitur sū Inuenire ē ho-  
minē qui quanto plurib⁹ impugna-  
tur temptationib⁹ quāto renitens  
eis pluries euincit vel in voracita-  
te gula vel in somniculosa dormita-  
tione. vel in stimuloꝝ carnis crebra  
perpeffione et alijs hmōi. tanto fre-  
quentius certius ⁊ ideo fortius. qz  
humilius in deū se pñcit. de deo spe-  
rat et confidit. **C**onsulte quidē duz  
nullā videt in se fiducia resistēdi vi-  
cijs neqz virtutes et salutem ad ip-  
sū scendi repositā. fallor si non ita da-  
uid egerit inquiens **I**mpulsus euer-  
sus sum vt caderem. subdit. **C**uius  
innixus est auxilio et dñs suscepit  
me. **R**ursus cū ab hominib⁹ sibi de-  
speratio improperaret qā tulerat  
ouem et pastorem occiderat et dice-  
rent. nō est salus ipi in deo eius ipse  
solidiori spe deo filius respondebat  
**Tu** autē dñe susceptoꝝ meus es. glo-  
ria mea. et exaltans caput meū.

**Monach⁹.** **I**ntelligo volucer  
Ita se res habet qđ apud vere hu-  
mitem quāto minus est in se spei mi-  
nus in ope aliena fiducia. min⁹ de-  
niqz vult cōstituere iusticiā snā. tāto  
plus spei. plus fiducia de deo cōci-  
pit. plus quoqz iusticie dei fit subie-  
ctus. dicens ex sententia. **M**ihī autē  
adherē deo bonū ē ⁊ ponē **I**n dño  
deō spem meam. clamans ei. in tua  
iusticia plane non in mea libera me

**P**ostremo magis intelligere nunc  
videor que in deuotoꝝ libris legi  
de introductione sponse in cubicu-  
lū sponsi. de osculo oris eius post  
osculum manū et pedū. de habita-  
tione preterea in adiutorio altissimi  
nō in habitatione vel meritoꝝ pro-  
prioꝝ que vana est. vel penaꝝ futu-  
raꝝ que anxia. vel industriaꝝ p̄pria-  
rum que timida est et incerta. **C**er-  
ta vero qualiter esse possit in adiu-  
torio altissimi inter tot vite discrimi-  
na. inter tot criminum lapsus. inter  
tantā electoꝝ paucitateꝝ edisseras  
velim **V**olucer **R**ex ista cōdi-  
tio est o monache vt in suos fines  
tendant. quib⁹ adeptis quiescūt ad-  
herentes eis. hoc de grauib⁹ deoꝝ  
sum. hoc de leuib⁹ surū videre ē.  
**E**st autē humani cordis desiderium  
et pondus in deū sicut in locū suū  
et centrū ferrī. est supremū post qđ  
nō relinquit aliud humane peregrī-  
nationis refugium **S**upest igitur  
nihil infra qđ vel vltra quod pos-  
sit humanū se cor desletere vel fu-  
gere dū pondere suo se cōstituit ad-  
herere deo. nunc interim p̄ spem. fū-  
dem ⁊ amorem. neqz em̄ sibi dat ali-  
ter status presens. **P**orro sicut ali-  
quis dicit adherere certitudinalit̄  
loco alicui vel baculo dū totis viri-  
bus ita stare vult. non aliter spem  
certam dicimus per deliberatā vo-  
luntatis adherentiaꝝ. neqz em̄ spes  
est in assensu et vi rationali h̄ desū-  
derio ⁊ expectatione virtutis irasci-  
bilis tendentis in ardua. quod desi-

## Libri primi de

verum tendentia vel expectatio re-  
peritur in virtute spei cum tanta cer-  
titudine per adhaerentiam voluntatis quam  
per nullius temptationis vel reco-  
gitationis insultum vult ab ea semet  
euellere. Consurgit ex radice simili  
certitudo in assensu fidei dum per nul-  
las rationes vel fantasmas fidei im-  
pugnantes vult derelinquere quo-  
minus stet in fide ad obedientiam  
dei et meriti acquisitionem.

## Quartum metrum primi

**Q**ue montis alto stat iugo  
Quercus suis radicibus  
Defixa nitens fortiter  
Ventos et imbres non timet  
Assumit hinc plus virium  
Quo plus in imo se locat  
Concussa venti turbine  
Sic spes ferens temptamina  
Antheus inuisus fuit  
Dum cantus incubans humi  
Non vult in altum surrigi  
Eclatus ilico perit.  
Que collocatur saxeo  
Domus loco fideliter  
Venti pluuie flumina  
Deseruant nunquam ruit  
Herere vos spe firmiter  
Vestro loco nitamini  
Vester locus certe deus?  
Quo spes reponit certior

## Prosa quarta primi li

## consolatione theologie

### Monachus.

**U**sum est aliquibus o volu-  
cer quam spes in prescitis sp-  
sit erronea. Id enim se putat  
habituos quo carebunt. Alii volen-  
tes hanc absurditatem euadere dice-  
runt spem in hac conditionali existere.  
Si legez dei obseruauero salu' ero  
**V**olucer Monache. nec hoc  
ultimum sufficit ad spem. Staret enim  
cum desperatione talis conditio. Nec  
primum sobrie dictum est quod deus obli-  
get reprobos ad errandum sicut ob-  
ligat ad sperandum. Proinde spes ad  
certam beatitudinis expectationem sic  
se habet. ponit sibi per fidem quam est alii  
qua talis beatitudo. iungit quod ad il-  
lam pura liberalitate et gratia de-  
i ab eterno quosdam predestinat et  
eligit. Addit quod ad consecutionem  
hominis finalis beatitudinis ordina-  
uit media ouenientia varijs modis  
sine numero inter que medium preci-  
puum est gratia. que ideo dicitur vita  
eterna quia pignus eius est vel ar-  
ra. Hanc autem gratiam nulli dedit neque  
daturus est nisi per medium mediatoris  
dei et hominum quam gratiam per omni-  
bus meruit ad sufficientiam. sed non  
ad efficaciam nisi incorporatis sibi per  
fidem habitualemente ut in paruulis.  
vel actualemente et habitualemente que per  
dilectionem perseueranter operatur.  
quam fides minus explicita fuit in pro-  
phetis tempore legis scripte quam in apostolis  
tempore gratie Et longe minus in pagenis et  
alijs gentilibus per lege nature. quam in

em̄ omnes accedētes ad deū opoz  
teret credere q̄ deus est. et q̄ inquit  
rentibus se remuneratoz sit. quis es  
set tamē modus quo talis remune  
ratio cōsequeret̄ p̄ mysteriū videli  
cet incarnationis filij dei. sicut non  
erat explicite reuelatū sic nec explici  
ta fide credendū. **Ceterz** spes talē  
instructa p̄ fidem que suus est ocul⁹  
figit in primis desiderū suū ad be  
atitudinis adeptiōē tanq̄ ad finē  
**Et** ab illo desiderio nequaquā vult  
auelli. **Deinde** desiderat media quā  
bet ad hui⁹ finis assecutiōē p̄ dei  
p̄uidētiā ordinata. per arma iu  
stitie sicut dicit ap̄ls. a dextris et a  
sinistris. p̄ gloriā et ignobilitatē. p̄  
infamiā et bonā famā &c. **Fides** ita  
q̄ rursus dicit ei q̄ diligentib⁹ deū  
et sperantib⁹ in eo omnia cooperā  
tur in bonum sicut tradit ap̄lus q̄  
omnia n̄ra sunt cōformiter ad xp̄m  
**Primū** querite regnū dei et omnia  
hec adhiēnt vobis. neq̄ taliū ali  
quis predestinatoz peribit vnq̄  
**Quo** contra sit de reprobis quib⁹  
om̄ia cedunt in malū etiā aliena bo  
na que in scandalū sibi vertunt et  
ruinā. **Nihilomin⁹** qm̄ ignotum no  
bis ē quos vult inter homines de⁹  
et qualiter saluos fieri opandū est  
bonū ad omnes vel orando vel cō  
monendo vel hortando. vel incre  
pando. vel ab errorib⁹ et vitijs ab  
ducere satagendo. **Ita** sagena cha  
ritatis cōcludit in se bonos et malos  
separandos in litore iudicij. **Prete  
rea** si ex peccatis electozum. diuina

bonitas pōt. scit et vult elicere bo  
na. nō tñ idcirco mala bona sūt vel  
eligenda. sed cauenda penit⁹ plan  
genda q̄. **Collaudand⁹** autem be  
nignissimus et omnipotens de⁹ qui  
malis n̄ris nō solū nō vincit sed ex  
eis opat bonū nostz. **Sic** em̄ dicit  
omnia sub peccato cōclusisse supple  
pmisiue vt omniū misereat. **Pecca  
uit** petr⁹ humilior cautior et miseri  
cordior effectus est non actiōe ma  
li sed miseratione dei. **Peccauit** ma  
gdaena plus postea dilexit. quia  
multū sibi dimissū est. et i exemplar  
penitentie ceteris cessit. **Blasphem⁹**  
fuit paulus. cōfitei humiliat⁹ q̄ nō  
sit dign⁹ vocari apostolus et est in  
ter peccatores prim⁹. **Deniq̄** iocū  
dat pater et exultat in receptione  
filij prodigi. **Et** gaudiū est angelis  
dei sup vno peccatoze penitentiam  
agente. **Quis** nesciat proinde pau  
peres duz de stercore pccōz erigit  
eos de⁹ collocans in gloria cū p̄n  
cipibus populi sui. q̄ in ampliores  
erga diuinā benignitatē assurgunt  
gratiāz actiōes nō qn̄ innocētia  
preseruata seruata q̄ plus habeat  
dignitatis et gratie ceteris parib⁹.  
**Sed** in reparatione depōite magis  
eminet misericordie benignitas **Mi  
serandū** vero est quod in reprobis  
agitur e diuerso. de virtute et humi  
litate supbiunt. de gratuitis dei do  
nis vel ingrati sunt vel tepidi vel in  
suā et alioz p̄niciē et dei inhonora  
tionē abutentes vertunt. **Ita** vt eo  
rum quāq̄ fiat oratio in peccatum.

## Libri primi de

hic per ingratiudinem. in inferno aut per blasphemiam insanioze. Recordantes enim quemadmodum fuerunt aliquando supplices deo. Ilic et illa bona facientes venerantes sanctos sanctas que omnes cum deuotione domini rabidiori stabescant odio et maledictis latret aduersus deum sanctos sanctas que omnes. presertim eos quos precipue coluerunt eos inuidos. eos crudelissimos. impios et ingratos. qui non ipsos a tormentis cum possent eripiunt acclamantes. **Quid ergo dicemus ad hec? faciemus igitur mala ut deus eliciat bona. vel bona vitabimus ne contingant mala qualia tetigimus? Absit. propter id enim quod per accidens est non debet illud quod de per se est variari.** **Monachus.** **H**orresco volucer hec audiens et videns te super admirabili via niti pro consolationis adeptione dum tremende et strarie desolationis memoriam subinducis. **Volucer.** **H**ic modus est hec ars theologie credideris monache quod sicut per stultitiam et scandalum predicationis crucis saluos fecit credentes. sic per insipientiam trahit ad sapientiam dicente apostolo. **Siquis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo. stultus fiat ut sit sapiens.** Non aliter vult eadem theologia per summam desperationem de homine trahere ad summam de deo spem et per desolationem inestimabilem et intolerabilem sursum ducere ad solidam consolationem. **Adm**

## consolatione theologie

deris nullam esse recogitationem que plus ista radicaliter euellat ab humano corde superbiam de se semper aliquo magnum presumentem cui resistit deus. que magis insuper gignat et nutriat humilitatem legitimam sub deo et ad homines. vitis procul expullis que fert secum superbiam. **Ma** qua fronte poterit aliquis fratrem suum qualemcumque deinceps vel odio vel ira vel inuidia prosequi. imo nec animo quod reprehensibile sit iudicare qui videt se de eadem massa peccati in eadem damnatione esse. neque scit quod sibi crastina pariat dies? **Q**ui si voluerit gloriari de bonis suis mendax est si non habet. si habet illa gratis accepit a deo. **Quid ergo gloriatur quasi non acceperit. quid preterea iudicat alienum seruum qui domino suo stat aut cadit? stabit autem. potest enim deus statuere illum.** Sub hoc intuitu dixisse putandus est apostolus. **Veni deus saluos facere peccatores quorum primus ego sum. prius intellige quo nullus prior videns se cum alijs equaliter filium ire. et ex eadem peccati massa esse quales venerat saluare deus.** **Monachus.** **I**ntelligo volucer materiam hanc de timore et spe latam esse. vellem traderetur sub compendio modus quo precipue spes stabilitur. **Volucer.** **M**irum stabilitur a deo cuius supernaturale donum est. **Sed si particulari aliquo exigit. innem quadruplex meditatio que velut in tetragono firmissimo gestat**

spem. **U**na meditatio est diuine iustificationis vt speres. **A**ltra diuine promissionis si speres. **T**ertia immense dei pietatis ne desperes vnq̄ de suis miserationibus. **Q**uarta prope fragilitatis ne speres in te vel proprijs viribus. **D**ic igitur cogitationi tue sollicitanti spem deserere. duz non facis certam vocationem tuā per bona opera/quotidie corruens de peccato in peccatum. ingerenti proinde ne sis de multis vocatis et non electis sicut vita tua similis est multorum. **D**ic respondens q̄ obedis iubente deo qui mille locis scripture sacre precipit vt speres in eo. cui dico. **E**xurge domine deus in precepto quod mandasti. p̄ficio me in te iubente te. non es crudelis aut fallax vt abijcias me. iuncta p̄sertim multiplici p̄missione tua qua de sperantibus in te pollicit⁹ es q̄ liberares eos eriperes. saluares. et glorificares. **Q**uius demū tam impenita pietas est vt nullis peccatis infinitis si cōmissem ea solus vinci possit hic in via. **Q**uod q̄ interposuisti cum immobilitate consilij tui iusiuranduz vt per duas res immobiles sicut loquitur apostolus tuus quib⁹ impossibile est mentiri te nos fortissimū solatiū habeamus ad tenendam propositam spem. q̄uis em̄ sis inobligabilis a creatura tua rationali quicquid agat pro te vel erga te. voluit tamen dignatissima condescensio tua cōmercium quod/

dam habere cum hominibus vt bene de te mereantur si iussa tua compleuerint et in te sperauerint qui fideles es et te ip̄m negare nō potes hec tu ita deo. **P**ostremo dum propria fragilitas obijcit vt desperes. desperes volo. sed de te et in te qui homo et caro es. nam maledictus homo qui confidit in homine et ponit carnem brachium suū et a deo non recedit cor eius. **S**ed hic occurrat trepida cogitatio dicēs. qua ratione conabor declinare vicia. virtutes acquirere. seruare mandata dei. sine quibus sperare vitaz ingredi iam non spes est sed arrogans et infidelis p̄sumptio! **C**onaberis prozsus. sed in adiutorio altissimi. et millies victus millies conaberis. eo quidez amplius et certius quo nulla tibi superest fiducia de proprijs operib⁹. **P**ropterea diciturus Salomon finez contritionis sue dñi proferre vellet. **S**erua mādata p̄misi. deum time. quia videlicet ab ip̄o est bonum vel velle vel perficere. **M**onachus. **R**etineo q̄ in soliloquijs similia de se confessus ē **A**ugustinus. **S**perabam inquit ali quādo in virtute mea que nō erat virtus. **E**t cū sic volui currere vbi magis stare credebam ibi magis recidi. factus q̄ sum magis retro q̄ ante. **D**icebā enim hoc faciam. illud perficiam. fiebat q̄ post nec hoc nec illud quoniam de meis virtibus confidebam. **N**ūc autem con/



## Libri primi de

fiteor tibi domine rex pater celi et terre. quoniā nō in fortitudine sua roborabit vir. vt non glorie aū te stulta presūptio ois carnis. **V**oluerat **T**raducit aduena noster meditationem hanc etiam vsq; ad angelos et sanctos dū attendunt horrorem diuinorum iudiciorum in damnatis. **S**animus enim q; tremunt angeli atq; archangeli. tremunt intellige nō ex formidine sue damnationis quibus inest glorie securitas sed eo magis ex aliorum damnatione quasi si tremere et pauerent in se deficientes resiliunt in adiutorium vnicū deum. adherentes ei se fragiles et nihilo similes reputantes sine eo. **A**ddit de hūanitate xpī q; sicut in esse suppositali sic innitit personalitati filij dei q; propria deserit nec in se subsistit. ita in esse gratie vel glorie innititur deo q; nullatenus in se. et ita de sanctis quanto perfectiores tanto humiliter et reuerentius in adiutorium dei resiliunt. **Q**uocōtra de reprobis qui magis refugiunt a deo et ad se confugiunt quo damnabilius puniuntur qm in ipis est amor sui vsque ad contemptum dei. sicut in alijs ē amor dei vsq; ad contemptum sui. **D**eniq; spes velut ancora. quanto minus in arenulis fragilibus et fluidis humani auxiliij figitur tanto solidius et certius supra firmam petraz (que xps est) defixa stabilitur. **S**i si fuerit aliqs. quid igit de illis quos

## cōsolatione theologie

nō saluat de? **R**esponsū habeat q; velut animalia ppter homines creata sunt ad obsequiorum varietatē illa blandiēdo ista sciendo. intelligere sic habemus propter electoz salutem prescitos esse formatos siue nocere siue obsequi conentur vt non gloriatur omnis vel obsequēs electis vel aduersans eis. **N**eq; tamen ita sunt accipienda que dicta sunt quasi tollatur libertas arbitrij. **F**ortificatur siquidem magis et instituitur sed in deo viuificante per gratiaz que est velut anima quedā vitam habens in potentia ad vitam secundam. ad meritoriam videlicet operationem. **I**taq; sicut operatio animalis presupponit esse nature. sic operatio spiritualis vitam gratie. **S**ed neq; audiendus est Cicero qui vt libertatem in hominibus statueret abstulit a deo prouidentiam. **N**eq; rursus ex aduerso recipiendū alter qui diuinam prouidentiaz sic instituere voluit vt arbitrio nostro necessitatē imponeret. **P**roh nefas etiam in peccatis dicens deum velle et facere nos peccare i manifestationem glorie sue. **P**orro viam mediaz et regiam tradit theologia reuelata. fide subnixā. qua gradientum est etiam vbi ratiocinationis contrarie dissolutio plena non pateret. **M**onachus. **E**xistimo q; has sententias nec incepti satis capiunt nec experientiam dare potest industria nisi preueniēte in bñdictō

nibus dulcedinis et cooperate dei gratia ineffabili valde modo. Et hoc est dei donū scire a quo postulanda sit et impetranda talis gratia. Multa enim dicimus et deficiunt. Verbum autem abbreviatum et condensatum facit sapientia dum in animas sanctas se transfert. Delicias suas computans esse cum filiis hominum. in quibus beneplacitum est deo quia sperauerunt super misericordia eius. Sed ecce iam advesperascit et inclinata est dies quando ad se me vocat opus dei simul et vie lassitudo quietem te petere suadet. Expectetur per reliquias. (multa enim querenda supersunt) sequens dies. **Noluer** Expectetur placet si prius audieris sub exemplari modum dulamine qualis sit ut eum recogites germani tui status

### Quincū et vltimū metę primi libri

**U**rus e mult. nauta pūo  
Dū regit nauē. vēr? et imbē  
Et pcellaz turbida moles  
Si repētinis motib? vrgēt  
Proxiāz nautl. crebro minantes  
Naufrage cladem mortis adesse  
Nicitur. sisus arte magistra  
Nil in expertum corde pauenti  
Segniter linquens omnia solers  
Temptet ut nauis litora captes  
Si mali vero tanta molestat  
Seuiens pestis iam qz latratu

Terret auditum scilla canino  
Attrahens gulpho cuncta voraci  
Non opem possunt ferre sodales  
Pars et in pzeceps vltra laborat  
Scit qz nauclerum stertere puppi  
Obstupet talis quis nihil vltra  
Viribus ficit spes nec in arte est  
Respicit celum vota deo dat  
Aut mari sese deficit alto  
Rudus enatans. si scopulosum  
Prominens saxum suscipit ipm  
Vel sinu tuti conditur antri  
Laudat excelsum gratior illi  
Dicit euasi sorte benigna  
O reseruatam sanctius olim  
Obsequi fas sit xpe tibi me  
Rursus aut si me nauigio das  
Nec illo fac prosperiore

**Explicit liber primus**